



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

D E C R E T U M

Philosophiae studium "ad solidam et cohaerentem hominis, mundi et Dei cognitionem acquirendam" (Conc. Vat. II, Decr. Optatam totius, n. 15) procul dubio maximi est ponderis, cum amor veritatis rigorose quaerendae, observandae, demonstrandae simul cum honesta agnitione limitum cognitionis humanae, hominum mentibus congruens sit.

Cuius momenti conscia, Societas Iesu in suo Collegio Zagrebiensi jam ab anno millesimo sescentesimo sexagesimo secundo lectiones philosophicas tradere coepit. Quae provida navitas pedetemptim Facultatem Philosophiae constituendam in Academia Zagrebiensi, deinde in eiusdem Civitatis Universitate studiorum fovit.

Variis autem temporum adiunctis elapsis, anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo Zagrebiae Institutum Philosophicum eiusdem Societatis denuo constitutum est, in quo plures centeni iuvenes formati sunt ad reflexionem philosophicam christianam peragendam et ad investigationem diffusionemque cogitationis philosophicae recte provehendam.

Quam quidem navitatem salutarem haec Congregatio de Institutione Catholica libenter agnovit ac memoratum Institutum Philosophicum, quod una cum Studio Theologico Zagrebiensi eiusdem Societatis Iesu operabatur, Facultati Philosophiae Pontificiae Universitatis Gregorianaе in Urbe anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio affiliatum declaravit.

Eadem Societas Iesu de evangelizandi munere in nostrorum temporum adiunctis quam maxime sollicita, per eius Praepositum Generalem, Conferentia Episcopali ac Em.mo Cardinali Archiepiscopo Zagrebiensi foventibus, Congregationem de Institutione Catholica adivit, exposcens ut idem Institutum in Facultatem Philosophiae erigeretur.

Haec Congregatio, rectis philosophicis studiis valde favens, re undique perpensa, ac collatis consiliis cum iis quorum interest, auctoritate a Summo Pontifice Ioanne Paulo div. Prov. Papa II sibi tradita, petitionem sibi delatam pro munere excipiens, memoratum Institutum Philosophicum Societatis Iesus in

FACULTATEM PHILOSOPHIAE

hoc Decreto in perpetuum canonice erigit erectumque declarat, facta eidem potestate omnes Philosophiae gradus iis studentibus conferendi, qui, studiorum curriculum legitime emensi, praescripta examina feliciter superaverint, servatis peculiaribus Statutis ab hac eadem Congregatione approbatis.

Haec praeterea Congregatio eidem Facultati omnia agnoscit iura, officia atque honores quibus Ecclesiasticae Facultates in universo Orbe Catholico vigentes merito fruuntur, eidemque mandat ut, patrimonio philosophico perenniter valido innixa, quaestiones philosophicas metódica investigatione perscrutetur, sedulo attendens ad necessitudinem inter philosophiam et nostrorum temporum problemata, ita ut studentes adiuventur ad perspicuos nexos qui intercedunt inter argumenta philosophica et mysteria salutis quae in sacra theologia superiore lumine fidei considerantur.

Haec Congregatio insuper eandem Facultatem Philosophiae tutandam ac regendam Societati Iesu committit atque eiusdem Praepositi Generalem pro tempore

MAGNUM CANCELLARIUM

constituit ac declarat, omnibus ei agnitis iuribus et officiis, quibus munus ex Ecclesiae legibus praxique cumulatur.

Eadem Congregatio denique praecipit ut omnia compleantur quae in Constitutione Apostolica "Sapientia Christiana" atque annexis "Ordinationibus", in Codice Iuris Canonici ceterisque Apostolicae Sedis documentis de Studiorum Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis adimplenda praescribuntur; Conferentiae Episcopalis mandatis obsequendo atque cum Facultate Theologica Zagrebiensi arcta cum coniunctione adlaborando; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.


Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die XXXI mensis Julii, in memoria Sancti Ignatii de Loyola, a.D. MCMLXXXIX.

PRAEFECTUS

Willelmus Carol. Haun

A SECRETIS

+ Josephus Luaiwa Martins





KONGREGACIJA
ZA KATOLIČKI ODGOJ
(ZA SJEMENIŠTA I UČILIŠTA)

DEKRET

Filozofski studij "za sticanje temeljne i suvise spoznaje čovjeka, svijeta i Boga" (Drugi vat. koncil. Dekret OT, 15) bez sumnje je od najveće važnosti, budući da ljubav k istini, koju treba pomno tražiti, promatrati, dokazati, časno priznavajući granice ljudske spoznaje, stoji u skladu s ljudskom pameću.

Svjesna toga Družba Isusova je već od tisuću šeststotina šezdeset i druge godine započela u Zagrebačkom Kolegiju s filozofskim predavanjima. Ta providonosna marljivost je malo po malo brižno vodila do ustanovljenja Filozofskog Fakulteta u Zagrebačkom Kolegiju, a zatim do Sveučilišta u istom gradu.

Po isteku pak različitih vremenskih prilika godine tisuću devetsto trideset sedme iznova je u Zagrebu ustanovljen Filozofski Institut iste Družbe, u kojem je osposobljeno više stotina mladića za kršćansku filozofsku refleksiju i za ispravno unapređivanje istraživanja i širenja filozofske misli.

Taj je spasonosni marljivi rad ova Kongregacija za Kršćanski Odgoj rado priznala i spomenuti Filozofski Institut, koji je radio skupa s Teološkim Zagrebačkim Studijem iste Družbe, godine tisuću devetsto osamdeset treće proglasila afiliranim Filozofskom Fakultetu Sveučilišta Gregoriana u Rimu.

Ista Družba Isusova vrlo skrbna za djelo evangeliziranja u okolnostima našega vremena preko svoga Generalnog Poglavara, u skladu Biskupske Konferencije i Uзорitog Kardinala Zagrebačkog Nadbiskupa, pristupila Kongregaciji za Kršćanski Odgoj s molbom da se isti Institut podigne na Filozofski Fakultet.

Ova Kongregacija, vrlo sklona filozofskim studijima, posavjetovavši se s onima kojih se to tiče, auktoritetom koji joj je udijelio Vrhovni Pontifeks Ivan Pavao Božjom Providnošću Papa II, službeno primajući molbu njoj upravljenu, spomenuti Filozofski Institut Družbe Isusove ovim Dekretom diže i deklarira da je uzdignut na

FAKULTET FILOZOFIJE

dajući mu vlast podijeljivati sve graduse Filozofije onim studentima, koji su zakonito prevalili tijekom studija, sretno položili propisane ispite, pridržavajući se pri tom posebnih Statuta odobrenih od ove Kongregacije.

Osim toga ova Kongregacija prizna istom Fakultetu sva prava, službe i časti, koje Crkveni Fakulteti s pravom uživaju cvatući po cijelom kršćanskom svijetu i istom Fakultetu nalaže, da se brine, čvrsto se oslanjajući na filozofsku trajno valjanu baštinu, da se filozofska pitanja metodički

pretražuju, marljivo pazeći na povezanost filozofije s problemima našega vremena, da pomogne studentima vidjeti veze koje postoje između filozofskih postavki i tajna spasenja, koja su u svetoj teologiji promatraju višim svjetlom vjere.

Povrh toga ova Kongregacija isti Filozofski Fakultet p o v j e r a v a zaštiti i vodstvu Družbe Isusove te Generalnog Poglavara za vrijeme (njegova upravljanja) p o s t a v l j a i d e k l a r i r a

VELIKIM KANCELAROM

priznavajući sva prava i dužnosti, kojima je ta služba opskrbljena zakonima Crkve i njezinom praksom.

Napokon ista Kongregacija nalaže da se sve nadopuni s onim što se propisuje u Apostolskoj Konstituciji "Sapientia Christiana", u priloženim "Uredbama", u "Kodeksu Kanonskoga Prava" i u ostalim dokumentima "Uredbama" o Sveučilišnim studijima i Crkvenim Fakultetima; poštivajući naloge Biskupske Konferencije i tijesno surađujući sa Zagrebačkim Teološkim Fakultetom; obdržavajući ostalo što po zakonu treba obdržavati.

Dano u Rimu, iz sjedišta iste Kongregacije, dana 31. mjeseca srpnja, na spomen Sv. Ignacija Lojolskog, godine Gospodnje 1989.

PREFEKT
(Vlastoručni potpis)
William kard. Bam

TAJNIK
(Vlastoručni potpis)
+ Josephus S.... Martines

Broj: 681/2002.

Ja, prof. dr. Olga Perić, ovlaštenu sudski tumač za latinski jezik, postavljena rješenjem Predsjedništva Županijskog suda u Zagrebu, pod brojem 4 SU 881/02. potvrđujem da gornji prijevod u cjelini odgovara originalu na latinskom jeziku.

U Zagrebu, 29. listopada 2002.

